

A. M. D. G.

DE SACRAMENTIS in genere.

DE BAPTISMO.

DE POENITENTIA.

de VIRTUTIBUS.

Cl. Jacobo Dugas s.j. Auctore

1929-1930.

Marianopoli.

## THEISIS I

SEPTEM SUNT NOVAE LEGIS SACRAMENTA.

S.Th.3,60,l-3;65,l;P.l-23,37-97;Comp.l.-10;W.l-33;  
Suar.T.20,d.1;Bellarmin,T.3,8a Controv.,l.1,cc.8-12,  
23-27;Franzelin,th.1,18-20;Billot,17-26,187-197;Gehr  
1-6,24-26;Polhe-Preuss,l-57;Souben,Introduction,§1.

NOVA LEX = ~~oeconomia~~ salutis post Jesum Christum  
quam praecessit triplex alia ~~oeconomia~~ salutis:

~~donum integritatis sacramenta superficia fuit.~~  
a) originalis ~~jsutitia~~(status generis humani ante lapsum Adami).P.37,  
~~velde huc tempus.~~

b) lex patriarchalis, ~~naturalis~~ etiam dicta,P.43.

c) lex Moysis,vetus etiam dicta.-P.54.

~~Sanctificatio quendam legis et actiones - gratia sanctificans non ex opere operata sed operantis - sacramenta generice sed non specifica similia~~

SACRAMENTUM = (sensu technico jam inde a multis  
saeculis in Ecclesia determinato,h.e.a saeculo XIII)  
= "signum rei sacrae in quantum est sanctificans",  
ita S.Thomas,3,60,2 ="signe d'une réalité sanctifiante"; vel "symbolum rei sacrae et invisibilis gratiae forma visibilis", ita Trid.(D.876)post Petrum Lombardum.(Forma hic="aliqua similitudo exterius representans", ita Bonav.IV Sent.d.1.p.1.dub.2.)

(Sacramentum

a) ex etymo(sacer cum desinentia mentum, quae  
actionem vel effectum significat),

= id quod sacrat seu sacrum facit, aut  
= res sacra.

cf.IV Sent.d.1.c.2;Bonav.in h.1.

b) ex usu multiplicem sensum habuit.Scilicet:

-apud auctores ecclesiasticos profanos:  
=pignus a litigantibus depositum, juramentum.....

Tertullianus uia q "sacramentum" videtur = signum

-2-(Th.1)

-apud auctores sacros et ecclesiasticos:

= "res sacra et latens(mysterium),

= "signum rei sacrae et latentis,

= "signum efficax sanctificationis a Deo ins-  
titutum(de quo in hac thesi).- D. 695

P:9-12; S.Th. 5, 60, 1-3 = signum, signum rei sacrae  
in quantum est sanctificans, simul rememorati-

vum, demonstrativum, prognosticum.; Van Noort;

Pourrat, Théologie sacramentaire, l.sqq; Prat, II,  
367.393-396(6ème ed.305, 467-468) Cavallera, Bull.  
Litt. Eccl., 1914, 369-377. )

SACRAIMENTUM NOVÆ LEGIS = quod in praesenti oecono-  
mia salutis permanenter existit.

SEPTEM = specie non pauciora septem, nec saltem gene-  
re plura. Hoc ultimum additur propter Ordinem, unum sal-  
tem genere sacramentum). Cavallera, 401.

ADVERSARI: Protestantes, qui vel nulla vel pauciora  
septem admittunt sacramenta Novae Legis. Scilicet

a) initio Reformatores variabant,

b) dein Protestantes fere omnes duo sacramenta ad-  
mittebant: Baptismum et Coenam;

c) hodie, dum Ritualistæ ad nos accedunt, Liberales  
nulla sacramenta admittunt;

d) Protestantibus Liberalibus viam aperuerant Qua-  
kers, etiam nomen sacramenti rejicientes.-P.67; Bellar-  
min, 479; Schwane, VI, 552 sq; (Hodge, III, 492)

NOTA: DE FIDE DEF. in Trid. (D. 844).

*ad sacramentos*  
Cavallera pp 261-267

PROBATUR: Sequentia admittenda:

1) Scriptura, quamvis nunquam disertis verbis enu-  
meret septem N.L.sacmenta, ea tamen diserte enuntiat,  
ex quibus demonstretur vel saltem suadetur singulos ri-  
tus quos Ecclesia sacramenta vocat, jam inde ab initio  
Ecclesiae exstitisse, eisque singulis notionem contine-

B.367

R#455  
R32, 171, 635, 847 v. 3

## -3-(Th.1)

ri veri sacramenti N.L., neque aliquis ritus Scriptura profert qui ad rationem veri sacramenti N.L. pertinent;

2) idem, et quidem clarissimum et evidentius Patres communiter enuntiant;

3) notio sacramenti N.L., seu theria sacramentorum longo saeculorum labore evoluta, tandem saeculo XII exente omnino praecisa et fixa fuit;

4) sacramenta N.L. eodem sensu technico ab omnibus tandem intellecta, septem esse inde a saeculo XIII diserte profitetur Ecclesia catholica ut dogma fidei christiana;

5) de numero septennario sacramentorum N.L., Ecclesia graeca, imo et sectae orientales antiquae cum Ecclesia catholica consentiunt;

Atqui haec ostendunt septem esse N.L. sacramenta;

Ergo septem sunt N.L. sacramenta.

MAJ.1): "ea diserte..." declarabitur ubi de singulis sacramentis dicetur in specie. Comp. 5.

"non alios..." statim patebit explicando textus qui objici possunt, v.g. de lotione pedum.

MAJ.2): "ea diserte enuntiant..." omnino demonstrabitur de singulis septem Ecclesiae catholicae sacramentis;

"non alios ritus communiter proferunt..." statim patebit refutatione eorum quae objiciuntur, v.g. de lotione pedum.

MAJ.3): ex scriptis PP. et DD. P.10-11.

MAJ.4): ex documentis historicis constat, v.g. ex professione fidei Michaelis Paleologi (D.465).

P.69-71; V. Noort, 13; Cavallera, 403.

MAJ.5): ex pluribus factis historicis. -P.75-82.

MIN.: Nam, haec manifeste ostendunt septem sacramenta semper existuisse in vita et praxi Ecclesiae, licet longo tempore saeculorum labore evoluta sit theoria septem sacramentorum (h.e. magis magisque praecise enunciata et magis magisque explicite credita).

P.75-82; Cavallera, 401-407.

-4-(Th.1)

CONFIRMATUR ratione: Juxta rationem fide illustratam omnino conveniebat

a) esse sacramenta.-S.Th.3,61,1,4;P.2,4,65,66.

b) septem.-S.Th.3,65,1;P.84.Cf. Schwane, I, 609

(Convenance des sacrements)V, 395(Convenience des sept sacrements);Van Noort, 23,24;Cavallera, 403.

Punctum 8A

SCHOLION.-De ordine sacramentorum ad invicem.-S.Th 3,65,1-5;P.85,86;V.Noort,25-27;Souhen, Introduction, § 5

DIFFICULTATES:S.Th.3,61,1,4;65,1;P.3,73,87-97;Cp. 7-9;W.11-18,23-33;V.Noort,17-22.

A) Contra sacramenta.

a) cum S.Thoma,3,61,1.

1.- 1 Tim.4,8: "corporis exercitatio ad modicum utilis".

ADMITTO TEXTUM sed EXPLICO.

Id est: quae nullo modo spiritualis est, ut cursus, lucta, etc, hujusmodi, pietati comparata, longe minoris utilitatis est quam pietas, "ad omnia utilis".

S<sup>r</sup>Paulus minime repudiat sacramenta, imo in hac epistola sacramentum ordinis commemorat, 1 Tim.5,22.

2.- 2 Cor.12,9 = sufficit gratia Dei. <sup>ut. Nominali. To relin. It. Paul's</sup>

quam Deus dat hominibus secundum modum eis convenientem et speciatim per sacramenta, C.

quam Deus dat absque sacramentis,

absolute posset sufficere, C.

hypothetice, in praesenti providentia,

extraordinarie, C.

ordinarie, N. Lege ad 2.

3.- Rom.5,10: sufficit passio Christi.

applicata mediis a Christo praescriptis, speciatim sacramentis, C.

secus, N. vel SUBD.

sufficit in actu primo, C.

sufficit in actu secundo, N.

Lege ad 3.; cf. Rom.6,3(de Baptismo).

Disciplina arcani 4.DIC. P#91.

b) cum S.Th.3,61,4. Jo. 4<sup>17-23</sup>

4.- **¶** Jo.1.17 = veniente veritate debent cessare figurae; atqui sacramenta figurae sunt. Ergo adveniente veritate debent cessare sacramenta.

DIST. MAJ.:

veniente veritae nuda et perfecta, C.

veniente veritate pleniore quidem sed nondum nuda et perfecta,

debent cessare figurae quae sunt umbra tt. C.  
quae sint imago, N.

CONT. MIN. "sacramenta sunt figurae"

quae sint imago, C.

quae sunt umbra tantum

sacramenta V.L., C.

sacramenta N.L., N.

PARITER DIST. CONS.: "adveniente veritate"

veritate nuda et perfecta, C.

veritate pleniore quidem....

debent cessare sacramenta V.L., C.

debent cessare sacramenta N.L., N.

Ad 1. Lege Ambr. apud Souben, p.8.sq.

5.- Gal.4,3 = post Christum, non debemus amplius Deo servire sub corporalibus sacramentis.

Veteris Legis, quae erant egena et infirma elemen-  
ta (cum sacramentis N.L. comparata), C.

etiam Novae Legis, quae longe excellentiora sunt, N  
Lege ad 2. Cf. Franzelin, 10 sqq.

6.- Jac.1.17: esset "vicissitudinis obumbratio apud Deum", si Deus exhiberet alia sacramenta in N.L.

NEGO.- Pater non eadem praecipit hieme et aestate.

Lege ad 3.

c) cum Protestantibus Liberalibus:

7.- Jo.4,23,24; Lc 17,20,21, etc. = regnum Christi est internum, internis fidei et caritatis vinculis adunatum.

RESPONDEO 1) Hi et alii textus, quibus abutuntur ad-  
versarii per longum et latum explicati sunt in Tr. De Eg.

-6-(Th.1)

RESPONDEO 2): DIST. Juxta hos textus, regnum Christi est praecipue internum, praecipue internis illis vinculis adunatum, C. est mere internum, solis internis vinculis adunatum, N.

Christus externum magisterium, externum regimen, externum cultum in sua Ecclesia instituit

8.- Religio perfecta est pure interna.

pro puris spiritibus, C.

naturae humanae accommodata, N.

9.- Ritus quos Ecclesia sacramenta vocat, jam ante Christum existebant, sic v.g. baptismus apud Judaeos, coena apud gentiles, v.g. in Mithrae mysteriis, ex quibus certo certius derivantur; Ergo sacramenta Ecclesiae non sunt a Deo instituta, nec ideo vera sacramenta sunt in sensu theseos. (Ita Rationalistae, liborales et modernistae).

DIST. ANT.:

externo et generico iidem, C. vel TR.

externe et interne, et quidem specifice iidem, N

Jam ante Christum, apud Judeaos et gentiles existebant ritus quidam symbolici, Christi sacramentis externe plus minusve similes. Imo concedi potest matrimonium jam existisse ut sacramentum; nulla tamen N.L. sacramenta interne et specifice eadem ante Christum existebant P.3; Comp. 2. Cf. D'Alès, Revue pratique d'Ap., 1907, p.528; C.C. Martindale, The Religion of Mithra, in History of Religions, III, 28; J.C. Broussolle, La religion et les religions, II, 172-202; Franz Cumont, Les religions orientales dans le paganisme romain, 207; Bracourt, Ou en est l'histoire des religions, I, 380; Déseis, Les sacrements, 16, "D'autres...."; Prat, II, 401-402: "Il n'y a point de lien historique à établir entre le bain des prosélytes juifs et le Baptême".

B) Contra numerum septem.

a) indirecte:

10.- Neque S. Scriptura, neque SS. PPatres loquuntur

, de numero septennario sacramentorum; atqui si... Ergo.  
nunquam disertis verbis enumerant septem sacra-  
menta propter defectum theoriae sacramentariae  
nondum evoluta,C. n. 11. et 12. et 13. et 14. et 15.  
nusquam ea enuntiant ex quibus apparet septem  
sacramenta ab initio in praxi Ecclesiae exsti-  
tisse et fide ejus implicita,N.

P.83, 87-91, Comp.7; W.23-31; V. Noort, 18-20(de pp.);  
Schwane, I, 612 sq. (de S. Script.); de la Servière, Théol.  
de Bellarmin, 352 "On le voit..."; Cavallera, 401-407.

11.- Neque ecclesia graeca, neque sectae orientales  
sunt infallibiles custodes divinae traditionis; ergo  
earum testimonium nil valet theologo.

CONC. ANT., DIST CONS.:

nil vlaet valet historice, N.

nil valet dogmatice,

per se solum, C.

cum testimonio ecclesiae catholicae compa-  
ratum, N. P.82.

12.- Scriptores orientales non eadem septem sacra-  
menta enumerant quae Ecclesia catholica.

plures et docti, N.

pauci indocti,

nec semper septem, N.

semper tamen septem, C. P.92, 93.

13.- Scriptores orientales saeculi XVII theoriam  
sacramentorum et numerum septem hausisse videntur e  
scriptis Scholasticorum occidentalium, quos legebant;  
Ergo eorum consensus cum ecclesia nil probat (Ita Kat-  
tenbusch, juxta Cavallera, 406).

NEGO CONSEQUENTIAM.

Nam, haec acceptatio, si sumatur cum anterioribus  
protestationibus ecclesiae graecae, v.g. Jeremiac pa-  
triarchae contra Lutheranos, ostendit graecos in doc-  
trina ecclesiae latinae agnoscere traditionalem fidem  
ecclesiae graecae. -Cavallera, 406.

b) directe. S.Th.3,65,1.

14.- Hebr.10,14 = Christus est unica causa efficiens  
sanctificationis; ergo unum est sacramentum N.L., passio  
Christi.

unica causa principalis, C.

unica causa etiam instrumentalis;

nulla est alia causa instrumentalis a Chris-  
to independens, C.

nulla etiam dependens a Christo, N. cf.ad 1

15.- Omnis N.L. sacramenti effectus est gratia; at-  
qui gratia est specifica una; ergo omnis N.L.sacramenti  
effectus est specifica unus; Atqui ad unum specificum ef-  
fectum non datur nisi unum sacramentum. Ergo est N.L.  
sacramentum unum.

DIST.MAJ.:

gratia sanctificans communiter sumpta, N.

gratia sanctificans cum certo auxilio diverso

pro diversis sacramentis,C.

CONT.MIN.:

gratia sanctificans communiter accepta,C.

gratia sanctificans cum certo auxilio diverso

pro diversis sacramentis,

non potest stricte dici specie diversa, Tr.

nec etiam late dici specie " ,N.

PARITER DIST.CONS.:

non potest stricte dici specie diversus, Tr.

nec etiam late, N.

"Gratia sacramentalis, ait S.Thomas, addit supra gra-  
tiam communiter dictam et super virtutes et dona, quod-  
dam divinum auxilium ad consequendum sacramenti finem"  
seu, "ad quosdam effectus speciales, qui requiruntur in  
vita christiana", unde "ratio sacramentalis gratiae se-  
habet ad gratiam communiter dictam, sicut ratio speciei  
ad genus". S.Th.3,62,2.-Quod infra explicabitur, ubi ex  
professo ge gratia sacramentali sermo erit, th.3, schol.  
I.

/-9-(Th.1)/

16... S. Augustinus ~~plus~~ in V.L. quām in N.I. sa-  
cramenta fuisse affīmat; atq[ue] in V.T. īverunt pau-  
ciaūa septem. Ergo a fortiori in N.I.

DIST. MAJ.:

sacramenta late sumpta, seu ritus symbolicos  
quoscumque, C.

sacramenta stricte sumpta (ad sanctitatem si-  
gnificandam et conferendam a Deo permanenter  
instituta,) N.

CONT. MIN. Lego ad 4. ceteras objections,  
S.Th. 3, 65, 1 legant discipuli.

17... Jo.13,1-15 = Etiam lotio pedum est sacramen-  
tum N.I.; ergo sunt plura septem.

sacramentum late dictum, C.

sacramentum proprie dictum, N.

Atqui sacramentum proprie, nam continet omnes notas  
veri sacramenti N.I. siquicem:

1) est ritus sensibilis, vv.4,5.

2) de quo permanens Christi mandatum, v.14;

3) significat gratiam, tempe purificationem ani-  
mae, vv.10.11;

4) gratiam etiam confert, v.8 cf. Jo.3,5.

RESPONDEO:

CONC. 1).

DIST. 2): Christus p[re]cepit *nos vocatis ac docuimus et baptizauimus*  
*ut sequeremur omnes humilitatis exemplum*  
*non mandamus praeceptum*  
*ut lavando pedes, C.*

*ut lotio pedum, ut ritus, indiscriminatim fi-*  
*delibus administraretur, N.* Lege Jo.13,15.

DIST. 3):

de se et speculative, C.

ex Christi institutione et practice, N.

NEGO 4) Nam v.8 exprimit tantum p[re]ceptum grave  
~~tia~~ ~~ve~~ Petro resistenti datum, ut Christo caece obedi-  
ret. P.97. Comp.8; W.32; V. Noort, 21; Knab. in Jo.403.

18... S. Ambrosius et S. Bernardus lotionem pedum ut  
sacramentum habuerunt.

*q Brach, van Noort*

Ia Responsio:

-10-(Th.1)

late dictum,C.  
stricte dictum,N.

IIa RESPCNSIO:

Transmittit totum. Error unius vel alterius nil  
facit contra communem aliorum PP. et DD. doctrinam.  
P.94-96; W.33; Van Noort, 22; Cavallera, 401.

## THESIS II.

1° ritus exterius  
2° sanctificatio

SACRAMENTA NOVÆ LEGIS ESSENTIALITER CONSTITUUNTUR  
EX DUOBUS, NEMPE EX REBUS ET VERBIS, QUASI EX MATERIA  
ET FORMA. Non quæritur de ratione metaphysica sacramentis sed de ratione physico  
significationis.

S. Th. 3, 60, 4, 6; P. 24-36, Comp. 11; Suar. d. 2, ss. 1-2; W. 103-  
108; Bellarmin, l. i, cc. 18-20; Franzelin, th. 4; Billot, 26 sq  
V. Noort, 28-35; Pourrat, c. 2, 47-83; Schwane, V. 398; Gehr, §7;  
Polhe-Preuss, 58-65; Souben, Intr. §2.

SACRAMENTA N. L. = septem illa sensibilia signa in-  
ternæ gratiae de quibus in thesi la: Baptismus, nempe,  
Confirmatio, Eucharistia, Poenitentia, Extrema-Untcio, Or-  
do et Matrimonium (ut ex toto tractatu apparebit).

CONSTITUUNTUR = intrinsece coalescunt in suo esse  
physico.

ESSENTIALITER EX DUOBUS = ita ut haec duo et haec  
duo tantum requirantur ut unicuique sacramento adsit  
sua specifica significatio sanctificationis humanae:  
v.g. in ritu baptismi ablutio aquae et verba: "Ego te  
baptizo, etc"; dum porrectio salis, unctiones, manus im-  
positio in baptismo solemni adhibitae non sunt nisi  
caeremoniae accidentales, quae sive adsint sive absint  
eadem remanet essentia sacramenti.

*seruatum est signum, gratiam significans et conferens.*

-11-(Th.2)

REBUS ET VERBIS = nomine rei intelligendo omne elementum incompletum et determinabile, nomine verborum quodcumque elementum determinans et perficiens.

MATERIA = id ex quo aliquid est id quod est, pars determinabilis compositi, potentia subjectiva.

FORMA = id quo ut actu aliquid est id quod est, pars determinans, actus in materia receptus.

QUASI(sensu diminutivo: ac si essent materia et forma; non sensu mere explicativo: quae sunt materia et forma) = secundum aliquam ex analogiam cum corpore naturali, intrinsece constituto ex duobus clementis, quorum unum est potentia subjectiva seu materia prima, et alterum est actus materiae seu forma substantialis, omne sacramentum N.L., ut unum signum essentialiter completum, intrinsece coalescit ex duabus partibus, una incompleta et determinabili, altera primam determinante et perficiente, quae propterea sensu analogo vocentur materia et forma sacramenti. P. 24, 25, 26; Pourrat, 66 sq; Schwane, V, 398.

ADVERSARI: Scotistae, secundum quos, non omnia sacramenta N.L. intrinsece constituuntur ex rebus et verbis, tanquam materia et forma. Siquidem, ut aiunt,

- Eucharistia, ut sacramentum, seu hostia consecrata, sola re constat; verba consecrationis sunt causa efficiens sacramenti, non forma ejus;

- sacramentum poenitentiae solis absolutionis verbis intrinsece constituitur; actus peonitentis sunt conditio sine qua non sacramenti et materia ejus substantialis circa quam, non ex qua;

- ritus Matrimonii solis verbis aut signis mutuum consensum experimentibus consistit, in quibus non est distinguere materiam et formam sacramenti.

NOTA: a) quod quaedam sacramenta N.L. essentialiter constituuntur ex duobus elementis, rebus et verbis, sci-

Quod sacramenta novae legis componentur ratione et artis. — de Fide Catholica

12-(Th. 2)

Licet Baptismus, Confirmatio, Extrema Unctio et Ordo,  
PER TIDE CATHOLICA. ~~Cetera communia~~

b) Quod haec duo se habeant quasi materia et forma  
in Baptismo, Confirmatione, Extrema Unctione et Ordo  
dine, CERTA ET COMMUNIS.

c) Poenitentiae sacramentum essentialiter consti-  
tuitur ex duobus, nempe re et verbis, quasi ex materia  
et forma, PROBABILISSIMA.

d), Etiam Eucharistia et Matrimonium,  
PROBABILIOR.

PROBATUR: Sequentia admittenda sunt:

1.) S. Scriptura, ubi aliquod sacramentum N.L. com-  
memorat, duplex elementum assignare solet, nem et verba

2) SS. Patres, ubi aliquod sacramentum N.L. descri-  
bunt, saepe ex prolesso distinguunt rem (seu elementum  
aut signum) et verba (seu orationem);

3) Doctores scholastici unanimiter admittunt Bap-  
tismum, Confirmationem, Extremam Unctionem et Ordinem  
essentialiter constitui ex duobus, nempe ex rebus et  
verbis, quasi ex materia et forma;

4) Distinctio materiae et formae in omnibus sa-  
cramentis N.L.

- fuit a Theologis valde communiter accepta;  
- ab ipsa Ecclesia fuit adoptata in traden-  
da doctrina sacramenti,

- juvat ad doctrinam de sacramentis explicati-  
tius tradendam;

Atqui his ostenditur vel saltem suadetur sacra-  
menta N.L. constitui....etc... Parte 307

Ergo.....

MAJ.1): Eph. 5, 26; Act, 8, 15; Mt. 26, 26-28; Jac. 5, 14.  
- P. 29; V. Noort, 28.

MAJ.2): Ita, v.g. Aug. P. 30; V. Noort, 29; cf. Rouet,  
1822, 1834.

MAJ.3): Ita enim Scotus et Scotistae cum Thomis-  
tis. P. 31, 32.

MAJ.4): - v.g. S. Thomas de Poenit. P. 34.

- praesertim in Flor. et Trid. (D. 695, 895) 896, 914  
- patet ex ll. theologiae mor. et catech.

Obj: Dr. 695, 895, p. 237 Rega carta to est causa officia in fundi

Aug. 1<sup>1834</sup>. Accedit ratione ad elementum et sit sacramentum

*Non potest primum doctrina de materia et forma sacramentorum sine pericula erroris  
egy Melchior Canis om monachus which he had founded in 9th century council before his birth.*

-13-(Th. 2)

MIN.: evidens ex Tr. de L'Occis Theologicis:

- ostenditur quoad plura sacramenta,
- suadetur quoad caetera.

CONFIRMATUR(ratione convenientiae): "Ut sacramenta Verbi Incarnati et hominis sanctificati similitudinem quamdam et proportionem habeant, perfectiusque res sacras significant, convenientissimum fuit in sacramentis ad res sensibiles verba adhiberi." S.Th. 3, 60, 4, 6. - P. 36. Billot, 32 "Denique adjunctio... (% 5ème édé; in 4a, p. 37.)

SCHOLION I.- In quibusdam sacramentis distinguenda est materia remota et proxima. - V. Noct, 33.

SCHOLION II.- In singulis sacramentis ea materiae et formae conjunctio requiritur et sufficit, per quam utraque pars secundum communem hominum aestimationem ad unam eamdemque significationem concurrit. - V. N., 34.

SCHOLION III.- Caeremoniae sacramontorum quid sunt? quid àe his tenendum?

D<sub>2</sub> 931  
~~D<sub>2</sub> 935~~  
1) Præter materiam et formam, quibus sacramenta essentialiter perficiuntur, adhibentur etiam aliae crationes et ritus accidentales, quae caeremoniae sacramentorum vocantur.

D<sub>2</sub> 856  
2) Ab Ecclesia institui et pro adjunctis immutari possunt. (D. 931).

3) Utiles sunt. cf. Gehr, §39, Liturgie du Baptême. 3/66/5

4) Nèque contemni aut pro lubitu omitti, neque per quemlibet episcopum mutari possunt. V. N., 36.

#### DIFFICULTATES:

1.-Pótius dicendum est omne sacramentum N.L. constitui ex signo et significatione, quasi ex materia et forma.

sacramentum metaphysice spectatum, quasi ex materia et forma metaphysica, C.

sacramentum physice spectatum, quasi ex materia et forma physica, N.

2.- Materia et forma necessario simul sunt; atqui in sacramentis N.L. res et verba non necessario simul sunt. Ergo res et verba in sacramentis non recte dicuntur materia et forma sacramentorum.

DIST. MAJ.:

materia et forma sensu proprio, C.

materia et forma etiam sensu illo analogo quo sumuntur in sacramentis,

non ita separari possunt ut nequeant ad unam significationem concurrere, C.  
nullo modo separari possunt, etiam ubi separata ad unam significationem concurrere possunt, N.

CONT. MIN.:

ita separari possunt ut nequeant ad unam significationem concurrere, N.

ita separari possunt ut tamen possint ad unam significationem concurrere, C.

DIST. PARITER CONS.:

sensu proprio, C.

sensu analogo, N.

P.35; W.108,30; Sasse, 25, Schol.1.

3.- Sacraenta V.L. non constabant ex rebus et verbis. Ergo neque sacraenta N.L. quae in eorum locum instituta sunt.

NEGO. CONS. P.36; W.108,1); S.Th.3,60,6 ad 3.

4.- Ex rebus et verbis nequit constitui unum per se (quia res et verba sunt in diverso genere); atqui sacramentum est unum per se; ergo sacramentum nequit constitui ex rebus et verbis.

DIST. MAJ: "unum per se"

i.e. una per se res seu substantia, C.

i.e. unum per se signum reale

ex rebus et verbis quae non convenient in ratione significandi, C.

ex rebus et verbis quae convenient in ratione significandi, N.

CONT. MIN. PARITER DIST. CONS. S.TH.3,60,6 ad 2.

5.- Ipsae res in sacramentis adhibitae de se sensum habent, ut "verba visibilia" (Aug.): Ergo non indigent compleri in ratione significandi.

sensum aliqualem, C.

sensum plane determinatum (absque verbis), N.

S.Th.3, 60, 6, ad 1.

6.- Verba consecrationis non sunt forma sacramenti Eucharistiae.

non sunt forma secundum proprietatem, C.

non sunt forma secundum aliquam analogiam, N.

a) Sunt causa efficiens hujus sacramenti.

NEGO. Nam non sunt causa efficiens specierum, sed earum determinant significationem sacramentalem mutando substantiam panis et vini in substantiam corporis et sanguinis Christi, immutatis permanentibus speciebus in suo esse rei et determinatis in suo esse significativo. DE la Taille, M.F., 505.

b) Postquam diu transierunt permanet Eucharistiae sacramentum.

postquam physice et moraliter, i.e. et secundum suum esse rei et sec. suum esse significativum, transierunt, N.

postquam physice, seu sec. suum esse rei, sed non moraliter, i.e. sec. suum esse significativum, transierunt, C.

DE la Taille, ibid.

c) Non significant gratiam per Eucharistiae sacramentum conferendam.

NEGO. Nam significant corpus et sanguinem Christi tum ut victimam Deo oblatam, tum ut spiritualem cibum hominibus datum: ergo et ipsam unionem fidelium inter se et cum Christo per charitatem, quae est gratia sacramentalis propria Eucharistiae sacramenti.

d) Eucharistiae sacramentum habet rationem cibi, servatur in ciborio, defertur ad aegrotos, manducatur; atqui

hujusmodi sacramenti verba consecrationis non sunt elementum intrinsece constitutivum: siquidem nil horum dicitur de verbis; ergo....

CONC. MAJ. NEGO MIN. Ad DIST. rationem min.: .

nil tamen horum competit Eucharistiae nisi dependenter a verbis consecrationis moraliter permanentibus, C.

secus, N.

Eucharistiae sacramentum constat speciebus panis et vini per verba: huc est corpus meum, hic est sanguis meus consecratis. Materia igitur sunt ipsae species, forma autem verba consecrationis ut moraliter permanenta. Quia ratio signi effacacis gratiae verificatur in speciebus panis et vini, praecise in quantum per verba illa consecratae seu in quantum his verbis adhuc moraliter subsunt, quae physice quidem transierunt, sed permanent virtute. Ita cum Lombardo, S. Thoma et veteribus TT. communiter, cum Billot, Van Noort, Hedley et aliis. Cf Tr. de S. Eucharistia, th. 20a, Scho. II.

(Quid in aliorum opinionibus responderi possit, ipsi viderint. Videsis W. 106; Sasse, 26; P. 766-768.)

7.- Poenitentiae sacramentum solis absolutionis verbis essentialiter perficitur.

NEGO.

a) Significatio effectus in absolutione sita est.

significatio principalis, C.

significatio tota (seu nulla est significatio effectus in actibus peonitentis),

ex humana institutione, C. vel Tr.

ex divina institutione, N.

b) Solus sacerdos est minister hujus sacramenti: ergo solus sacerdos ponere potest partem intrinsecam sacramenti.

solus sacerdos potest ponere formam, C.

non potest aliud ponere materiam, N.

W. 107; Sasse, 25.-Plura in Tr. de Poenitentia.

8.- Ritus matrimonii solis verbis aut signis mutuum consensum experimentibus consistit: efgo non constituitur ex duobus....

DIST. ANT. :

ita ut verba aut signa mutuum consensum exprimentia recte dicantur materia, quatenus exprimunt traditionem corporum, forma vero quatenus exprimunt acceptationem hujus traditionis, C. secus, N.

DIST. etiam CONS.:

non ex duobus realiter distinctis, C.

non ex duobus virtualiter distinctis, N.

P.25,26; V. Noort, 31, nota.

9.- Saltem non valet argumentum theseos:

NEGO.

a) Quod SS. PP. et DD. duplex elementum assignent in quatuor sacramentis, non probatur duplex elementum esse in ceteris tribus: ergo ex la, 2a, 3a parte argumenti nil probatur contra Scotistas.

TRANSEAT TOTUM.

b) Poterit esse falsa sententia plurimorum et vera sententia paucorum DD. (P.I, 599): ergo la ratio, allata sub d) nil probat.

RESPONDEO: Praesumitur tamen TT. communiter non errasse contra paucos, donec aliud probetur.

c) Ecclesia non adoptavit distinctionem materiae et formae in omnibus sacramentis in sensu theseos.

NEGO.

aa) Flor. et Trid. (D. 695, 895) non dicunt sacramentum componi sed tantum perfici rebus et verbis: ergo Flor. et Trid. non intelligunt res et verba esse partes intrinsecas.

RESPONDEO: "Sacramentum perfici ex rebus tanquam materia et ex verbis tanquam forma", significat ritus sacramentales, qui potius fiunt quam sunt, intrinsece coalescere ex duobus, nempe ex rebus et verbis, quasi ex materia et forma. Recte autem Flor. et Trid. constitutionem essentialis ritus sacramentalis effectu ejus vocant.

bb) Trid. (D. 896) actus poenitentis vocat quasi materiam: ergo actus illi non sunt vera materia sacramenti Poenitentiae.

DIST. ANT.:

vocat quasi materiam, quia non sunt aliqua substantia materialis, ut aqua in Baptismo, C.

vocat quasi materiam, quia non ingrediuntur ipsam essentiam sacramenti ut elementum ejus incompletum et determinabile, N.

cc) Distinctio materiae et formae in omnibus sacramentis N.L. potius noviva fuit ad veram doctrinam tradendam, ut patet ex errore Melchioris Cano et aliorum de matrimonio.

distinctio realis in omnibus, C. *Ex aliis C*

distinctio realis aut virtualis, N.

10.- Ergo thesis dicenda est "de Fide", ut quae expresse contineatur in documentis fidei.

RESPONDEO: Nego assertum.

Ad Prob.

Noto 1): Florentini decretum pro Armenis instructio practica fuit, non definitio fidei.

Noto 2): Non demonstrationem, sed solum argumentum probabile intendimus ex usu, non ex definitione solemnis Ecclesiae in Flor. et Trid. - Van Noort, 35; Souben, pp. 16-18.

### THESIS III.

SACRAMENTA NOVAE LEGIS GRATIAM CONFERUNT EX OPERE OPERATO.

S.Th.3,62,1-3;P.98-132,Comp.12-20;W.39-50;Suarez,d.7 ss.1-3; Bellarmin,1.2,cc.1-11; Franzelin, th.7-9; Billot, 62-66; 79-87; Van Noort, 37-50; Gihr, §§9-17; Polhe-Preuss, 66-75,121-160; Bull.Litt.Eccl.,7,pp.17-33,66-74.

SACRAMENTA N.L. = septem illa sensibilia signa internae gratiae de quibus in th.1a et 2a: Baptismus, nuptiae, Confirmatio, Eucharistia, Penitentia, Extrema Unctio, Ordo et Matrimonium.

Dz 851

D fide definita

Dz 799 Causa instrumentalis

-19-(Th.3)

GRATIA = sensu theologico in genere accepta est "effectus Dei gratuitus ordinatus ad salutem hominis viatoris". Inter omnes gratias eminet et praeccipue intelligitur GRATIA SANCTIFICANS, h.e. "donum internum creatureae spirituali per se infusum quo haec creatura fit Deo grata, filia Dei adoptiva, divinae consors naturae et haeres vitae aeternae".

Distinguitur Gratia sanctificans prima et secunda. Prima simpliciter sanctum facit. Secunda sanctiorem facit, seu augmentum est gratiae jam menti infusae.

CONFERUNT = aliquo modo causant, saltem sensu largissime. V Noort 41

EX OPERE OPERATO = praeter et ultra meritum suscipientis et ministri sacramenta N.L. seipsis seu ipso suo usu, modo rite daministrentur et sine obice recipiantur gratiam conferunt (obicem intelligendo malam dispositionem suscipientis quae obstat validae vel saltem fructuosaee susceptioni sacramentorum. cf. infra th.6, et 7.

Expressio est Petri Pictaviensis et veterum Scholasticorum, in qua participium "operatum" passive sumitur et opus operatum intelligitur ipsum signum sacramentale valide positum, dum opus operantis intelligitur meritum suscipientis et ministri.

a) nec barbara expressio, cum jam apud Tertullianum et Lactantium "operatum" sic passive accipiatur.

b) nec inepta ad significandum quod intenditur, scilicet, quod gratia, ut effectus proprius ipsius sacramenti praeter et ultra meritum suscipientis et ministri producitur: "l'activité propre du sacrement par rapport à la grâce" (d'Alès) - "The efficacy derived from the objective value of the rite itself, not from the merits of minister or subject". (Flhe-Preuss), 124.-P.109; initio, 110, 111; Van Noort, 38-44.

ADVERSARI: Haeresiarchae saeculi XVI, juxta ques, sola fides justificat, nec aliter sacramenta conferunt ad justificationem quam excitando fidem. P.113-117; V. Noort, 38; Hodge, III, 498-508.

Dz 201 Modernist

-20-(Th. 3)

PROBATURA:

Illa sacramenta gratiam conferunt ex opere opera  
to, quae seipsis gratiam causant, seu ipso suo usu modo  
rite administrentur et sine obice recipientur;

Atqui sacramenta N.L. seipsis gratiam causant:

Ergo....

MAJ.: evidens terminis.

MIN.: probatur

1) ex S. Scriptura: Jo. 3, 3-5, nam,

a) Τέλος ὁ βάπτισμας εανδιμονίας δείχνει την αρχήν της σωτηρίας, την οποίαν παραδόθηκε στον ανθρώπον μέσω της γέννησης και της αναστάσης από την θάνατον.

b) Η ιδέα της πνευματικής σημασίας της βαπτίσματος είναι σημαντική για την επίδειξη της αρχής της σωτηρίας. Οι επιφέρουσες διαφορές μεταξύ της βαπτίσματος και της αναστάσης από την θάνατον, όπως παραδίδονται στην Αγία Γραφή, δείχνουν ότι η βαπτίσματος είναι ένα μέσο για την αποκτησία της σωτηρίας, αλλά όχι η αποκτησία της σωτηρίας από την βαπτίσματος. Η βαπτίσματος είναι ένα μέσο για την αποκτησία της σωτηρίας, αλλά όχι η αποκτησία της σωτηρίας από την βαπτίσματος.

Ergo juxta h.l.,

- Baptismus gratiam causat: hoc evidentissimum.

- non sola fide mediante quam excitare potest  
in anima suscipientis adulti, sed scipso, siquidem

manifeste significat generationem illam  
spiritualēm seu gratiam effectū esse et Baptismi ip-  
sius et Spiritus Sancti. Quod confirmatur ex aliis S.  
Scripturae locis, v.g. Act. 2, 38 (in=ut); Tit. 3, 5 (per).  
P. 118, 119; Van Noort, 46, 4.

2) Traditione. Nam, juxta totam traditionem christi-  
anam (scilicet PP., DD., declarationes Ecclesiae), Bap-  
tismus -gratiam causat. P. 399-401, 403.

-seipso. P. 121-123.

3) Ratione theologica evidente, siquidem etiam infan-  
tes valide baptizantur in remissionem peccatorum. P. 124

Porro, quia eadem est generica efficacia omnium sa-  
cramentorum N.L., quae omnia eodem specifico sensu sunt  
signa externae internae gratiae, quod valet de Baptismo,  
de omnibus sacramentis N.L. valeat. P. 109, 2a p. "Hic non-  
dum.... sacramenta". S.Th., 3, 62, 1-6.

J.O. 12  
1x Descriptum

R303

BEST PAB

-21-(Th.3)

SCHOLION I.

De gratia sacramentorum N.L.

DICO I.- Singula N.L. sacramenta conferunt gratiam sanctificantem.

DE FIDE DEF. in Trid. contra Protestantes.  
Satiā declaratum in demonst. data. P.98-117.

DICO II.- Baptismus et Poenitentia ex primario suae institutionis fine conferunt gratiam sanctificantem primam et hae de causa dicuntur sacramenta mortuorum; quinque vero reliqua, gratiam secundam, sacramenta vivorum.

Saltem CERTA. P.108, initio.

DICO III.- Sacramenta mortuorum aliquando conferunt gratiam secundam.

Saltem CERTA. P.108 "Attamen..V.Noort, 65.

DICO IV.- Sacramenta vivorum aliquando conferre possunt gratiam primam.

a) Extrema Unctio, CERTA et COMMUNIS.

b) caetera sacramenta vivorum, COMMUNIOR et PROBABILIOR.

P.108, "Num....V.Noort, 66.

DICO V.- Quodlibet sacramentum N.L. praeter gratiam sanctificantem confert quoddam auxilium diuinum ad consequendum peculiarem hujus sacramenti finem.

CERTA et COMMUNIS.

S.Th.3,62,2;P.135-136;V.Noort, 67.

DICO VI.- Haec gratia specialis et propria unicuique sacramento, 1) non est specialis habitus a gratia sanctificante distinctus sed ab ea dependens; 2) nec est perfectio modalis ipsius gratiae sanctificantis, qua haec specialiter viget ad proprium finem sacramenti; sed potius 3) complexus donorum et gratiarum actualium ad finem sacramenti conducentium.

lum tenent Aureolus, Paludanus, Schwane, Billot et  
alii.

Zum, Joannes a S. Thoma, Contenson, Billuart, alii. *proba.*  
COMUNIOR et PROBABLIOR.

P.137; V. Noort, 68, 69; Suarez, d. 7, s. 3, nn. 3-6; Cavalle-  
ra, (B. L. E., t. 7) 28, 33.

Negatur lum, quia omnibus necessitatibus spiritu-  
alibus sufficienter provisum secundum statum ani-  
mae per gratiam, virtutes et dona; ergo alii habi-  
tus sunt superflui. - S. Th. 1-2, 109, 9 = "Respondeo...  
homo in gratia existens non indiget alio auxilio  
gratiae, quasi aliquo habitu alio infuso".

Negatur Zum, quia una tantum gratia sanctificans  
nota est ex revelatione: ergo gratia sanctificans  
a sacramento producta, non est alia a gratia sanc-  
tificantे quae extra sacramentum datur.

Tenetur Zum, quia, rejecta la. et 2a explicatione,  
non remanet nisi haec tertia, qua nobis videtur  
sufficienter explicari specifica efficacia atque  
utilitas septem sacramentorum. Suar. nn. 5, 6.

Objicitur: S. Thomas lum docet (Billot, 96): alii  
ergo...; Schwane, V, 403).

Resp.: S. Thomas videtur mutasse sententiam suam  
circa hoc (Ita tenent Cajetanus, Suarez et alii), Ca-  
vallera, 30.

DICO VII.- Idem specie sacramentum pro meliore dispo-  
sitione suscipientis abundantiorum gratiam confert  
DE FIDE DEP. in Trid. (D. 799) ultima verba.

V. Noort, 70. Cita.

DICO VIII.- Ubi dispositio est eadem, ut in infantibus,  
de se aequalis gratia sanctificans infunditur.

Opinio COMUNISSIMA.

Contra Paludanum et paucos alios.

P.133, 134;

V. Noort, 71-73.

Causa instrumentalis habet aliquam effectum proprium sed producit effectum virtutis Causae proprie-

-23-(Th.3)

SCHOLION II.

De causalitate sacramentorum N.L.

*Doctrina Ecclesiae - ex quo operato - quantum de causalitate et multipliciter*  
DICO I.- Variae fuerunt in veteribus scriptoribus pro-  
positae sententiae, sequenti fere ordine his-  
torico, quinque.

Cause  
1. est principio  
2. est instrumento  
3. est occasio

4. est singularia  
2. est physica  
est moralis p  
DE 2/3 = 3  
2. est dispositiva  
est physica

Prima sententia = causalitas materialis: sicut vas  
culo antidotum continetur et confertur, ita sacra-  
mento gratia.

Ita Hugo Victorinus, Gulielmus Altissodoren-  
sis et juxta Albertum Magnum, fere omnes antiqui. -  
Cavallera, 66-68.

Secunda sententia = causalitas dispositiva inten-  
tionalis seu per modum imperii: sacramenti effectus  
non est gratia ipsa, sed titulus exigens atque appell-  
ans gratiam. (In Ss. Eucharistia effectus verborum  
est "infallibilis designatio atque ordinatio inten-  
tionaliter in pane et vino recepta, ad hoc ut divi-  
na virtute transsubstantientur in corpus et sanguinem  
Christi", Billot, 140). Sicut syngrapha, ut causa  
determinans objectiva et immediata, confert titulum  
ad pecuniam quam significat.

Ita Gulielmus Arvernensis, S. Bonaventura, Scotus,  
Richardus et multi alii. - Cavallera, 68-70.

Tertia sententia = causalitas dispositiva physica:  
sacramenti effectus non est ipsa gratia, sed physica  
dispositio animae exigens gratiam, character vel or-  
natus.

Ita Alexander Alensis, B. Albertus Magnus, et Tho-  
mistae plurimi. - Caval. 70-71, 73; P. 164.

Quarta sententia = causalitas effectiva gratiae ip-  
sius instrumentaliter et physice: sacramentum ipsam  
gratiam producit, ut Dei instrumentum, virtute nempe  
spirituali quam Deus transeunter communicat sacra-  
mento.

Ita Cajetanus, Suarez, et alii. - Caval., 71-72.

Quinta sententia = causalitas instrumentalis sui  
generis: Deus speciali praesentia in sacramento pae-  
sens gratiam producit statim ac recipitur sacra-  
mentum, sicut Christus Deus sanabat infirmos statim ac

manus Christi eos targetat.

Ita Henricus Gandavensis, Viva, alii.-Caval., 73, P.154.

N.B.- Post Trid. floruit etiam sexta sententia = causalitas effectiva gratias ipsius instrumenta- liter, non physice sed moraliter: sacramentum gratiam causat moraliter, h.e., per modum valoris cu- jus intuitu aliquid datur.

Ita M.Cano, de Lugo, Franzelin, Pesch et alii multi.-P.141-152.

DICO II.- Harum sententiarum nullam repudiavit Tridentinum Concilium.

Patet ex historia Concilii.-Caval., 66 "Le Con- cile....la nature de cette connexion.", 74 "Cette étude....(cum nota).-

Ergo plures auctores severiores sunt, v.g. Gehr, p.90,a); p.93 "En tout cas...."

DICO III.- Secunda ex his sententia nobis praeferenda videtur et vera.

Ratio:

a) veram causalitatem sacramentis vindicat, quam vis ordinis mere intentionalis.

b) propria operatio sacramenti, ut est opus ope- ratum, est significatio ejus, (materia et forma sa- cramenti uniuntur in unam significationem): ergo sacramentum non nisi significando producunt, si- gnificando scilicet practice, i.e. non solum mani- festando sed imponendo ordinationes entellectus practici.-Cavallera, 69 "on a cru... il y a dans le sacrement "virtus efficaciter ordinans ratione divinae pactionis instituentis per quam efficax et infallibilis ordinatio fit ad gratiam". III, Dist.40, dub.3, IV, d.l.p.¶, a.l.q.4.

c) ceterae sententiae omnes minus placent, nam: - prima nimis vaga videtur: sacramenta enim sunt vasa metaphorica tantum, h.e. gratiam continent ut causa effectum. Ulterius igitur inquirendum est de causalitate illa quaenam sit.

Veritas et falsitas sententiarum per se sunt prout conser-

-tertia et quarta videntur pervertere notionem instrumenti. Instrumentum enim debet propria sua activitate attingere effectum (serra scindendo facit scamnum); porro sacramenti propria activitas physica, utpote activitas rei materialis, nequit attingere gratiam, neque et characterem aut ornatum (saltem ut hi duo realitatem physicam sonant) effectus physicos spirituales. -P.152-165; Cavalleria, 72, "comme l'a très bien montré le Card. Billot".

-quinta videtur absque ratione sufficiente prope annihilare efficaciam propriam sacramentorum, quae tam clare extollitur in S. Scriptura et Traditione. -P.139, 140.

-etiam sexta minus placet, quia a) sacramentum non agit in ipsum Deum: unde si nihil directe producit in eo qui recipit sacramentum, nihil omnino producit, b) causare gratiam per modum impetrations potius pertinet ad rationem sacrificii, quam ad rationem sacramenti. Existit utique valoꝝ et dignitas sacramentorum, sed non ideo est haec causalitas eorum. Billot, 116-123; De la Taille, M.F., p.582 nota 1. "Minus congrua...."

COROLLARIUM.- Sacmenta N.L. sunt causae efficientes instrumentales dispositivae intentionalis relate ad gratiam, seu sunt signa non pure speculativa sed practica gratiae.

CAUSA = principium influens esse in aliud.  
(Non sunt idem causa, conditio, occasio).

EFFICIENS = causa quae actione sua influit esse in aliud. (Praeter causam efficientem, enumerantur materialis, formalis et finalis.)

INSTRUMENTALIS = causa efficientis quae operatur ad effectuionem rei in virtute alterius causae a qua moveatur, sicut calamus est causa scripturae. (dum causa efficientis principalis est illa quae ex virtute sibi propria, id est habente esse completum in ipsa, proportionatum sibi effectum operatur.)

DISPOSITIVA = quae inducit in subjecto aliquo id quod est necessitas quantum est de se ad susceptionem formae. Sic homo generans est causa filii. (Causa efficiens perfectiva actione sua pertingit ad ultimam rei perfectionem). Billot, 55-59.

INTENTIONALIS = cuius virtus solum valet proxime saltem et immediate, ad deferendas exterius intentiones, conceptiones sive ordinationes intellectus speculativi aut practici. (Causa efficiens physica illa est cuius virtus valet per seipsum ad physicam immutationem materiae). Billot, 64, i.e. in iis quae naturam relate ad seipsum perficiunt, non tantum relate ad intellectum et voluntatem.

SIGNUM = quod cognitum facti aliud in cognitionem venire.

Unde signa adhibemus ut instrumenta intentionalia, quae ex propria quidem virtute speciem sui sensibus ingerunt, ex virtute autem instrumentalis reconditas intellectus conceptiones notificant.

SIGNUM SPECULATIVUM = quo utitur intellectus speculatus ad suas conceptiones manifestandas.

SIGNUM PRACTICUM = quo utitur intellectus practicus ad suas ordinationes imponendas. Signum igitur practicum, in quantum subest et deserbit imperio intellectus sub motione voluntatis, non solum ingerit notitiam conceptae ordinationis, sed et ipsam ordinationem quam notificat imponit; sic, v.g., sententia exterior iudicis, scriptura vel orale verbum contractus. - Billot, 65-67.

ADVERSARII: supraq. indicati.

NOTA: "sunt aliquo modo causae" DE FIDE".

"vere et proprie causae efficientes instrumentales" MORALITER CERTA.

"dispositivae intentionales" PROBABILIOR.

PRORATIO jam data est.

"signe efficace d'une réalité sanctifiante", ait de la Taille, Esquisse, p.254.- "une parole souveraine incorporée dans un symbole"? Ibid. p.257.

SCHOLION III..- In omnibus sacramentis H.L. distingui-  
tar 1) sacramentum tantum, 2) res et Sacremen-  
tum, 3) res tantum.

Sacramentum sumitur pro signo, res pro effectu si-  
gnificato. Unde, vivocis, 1) sacramentum tantum signi-  
ficat et causat, non significatur et causatur, 2) res  
tantum significatur et causatur, non significat et cau-  
sat, 3) res et sacramentum mediae inter utrumque signi-  
ficatur et causatur, significat et causatur.

Scilicet, 1) in omnibus sacramentis, ipsum symbolum  
externum(ritus sacramenti exterius in cæteris sacra-  
mentis, species consecratae in Eucharistia,) est sacra-  
mentum tantum seu sacramentum sensu primario et per  
se.

2) gratia sanctificans cum speciali au-  
xilio ad finem sacramenti conducente est res tantum.

3) res et sacramentum est effectus ille  
immediatus sacramenti, saltem ratione causalitatis gra-  
tiam praecedens, quem supra indicavimus, ubi de causalit-  
ate dispositiva. Vocatur res, quia est effectus a sa-  
cramento significatus et productus, vocatur sacra-  
mentum(sensu secundario, per simile) quia in quantum infal-  
libili nexu cum sacramento conjungitur, simul cum eo  
quodammodo significant ultimum effectum gratiae. Cf. de  
la Taille, L.F. Pp. 581.

Praeterea "res et sacramentum" dicuntur in Bap-  
tismo, Confirmatione et Ordine character, in Matrimonio  
vinculum conjugale, in Eucharistia corpus et sanguis  
Christi sub speciebus(D. 815): quia etiam haec, in quan-  
tum infallibili nexu cum symbolo externo conjunguntur,  
simul cum eo quodammodo significant ultimum effectum  
gratiae.-P. 202: V. Noort, 62, 63; Billot, 104 sqq.

SCHOLION IV..- Quid S.Thomas deceat?

1) Sacramenta ex opere operato gratiam conferre.

S.Th.3, 62, 6.

2) Ut veras causas efficientes. S.Th.3, 62, 1.

3) Instrumentales tantum, S.Th.3, 62, 3, 4.

4) Dispositivas non perfectivas. 4 Sent.d.1,a.4.s.1.

d.1.8,q.1,a.3;d.4,q.3,a.2,sol.1 et 3.-De Veritate,q.27,  
a.4,ad 3;ad 9,12,13;cf.q.27,a.1;-De Pot.,q.3,a.4;S.Th.  
3,66,1;84,1,ad 3 et 5.-Contra quod nil in S.Th.3,62;  
Ergo S.Thomas idem semper docuit.

4) Multa dicit quae favent causalitati pure intentio-  
nali.

De Veritate,q.27,a.4,ad 13;4 Sent.d.1,q.1,a.4.-  
S.Th.3,62,4,ad 1;4 Sent.,d.43,q.1,a.2,ad 2.Doctrina  
S.Thomae de instrumento favet huic causalitati.Cf.S.  
Th.3,78,5;2,ad 2;6,ad 3.-P.168 "Praeterea docet..."

DIFFICULTATES praecipuae.-S.Th.3,62,1;P.108,113 in  
nota;125-132;Comp.16-19;W.47-50,112-114;Hodge,III,508-  
514.

1.- Signum gratiae est effectus gratiae, non causa  
ejus(nam, ratio signi videtur magis competere effectui)  
atqui sacramenta sunt signa gratiae; ergo sacramenta  
non sunt causa gratiae.

DIST. MAJ.:

signum naturaliter significans gratiam,C.

signum ex libera Dei institutione significans  
gratiam,

signum pure speculativum,C.

signum practicum,N.

CONT. MIN.:

naturaliter gratiam significantia,N.

ex Dei institutione gratiam significantia,

signa practica,C.

signa pure speculativa,

sacramenta imperfecta V.L.,C.

sacramenta perfecta N.L., N.

DIST. CONS.:

sacramenta imperfecta V.L,C.

sacramenta perfecta N.L, N.. S.Th.3,62,1,ad 1

2.- Nullum corporale agere potest innrem spiritua-  
lem,

ut causa principalis,C. vel TR.

ut causa instrumentalis,

ex natura sua,C. vel TR.

ex Dei institutione et virtute,